

Smol



de parvo dracone



Smol creatus pictusque
a Cora Beth Knowles

October, 2020

fabula scripta

ab Anthony Gibbins

ecce Smol.



Smol est draco.

Smol est parvus draco.

Smol

amicum

carum

habet.

nomen

amico

est

Pinguis.



"Fancy"



Smol amat vestimenta pulchra gerere.

ecce gladius.

"Blade"

Smol gladium non timet.



"Rodent"



hanc
murem
tamen,
nomine
Claudiam,
Smol
valde
timet.

Smol petasum saepe gerit.



saepe.



sed non semper.

quid est, Smol?



penna est.



Smol amat cibum parare.




Smol maxime amat cibum consumere.

"Prey"



"Throw"



cave,
Smol!



libenter!



Smol de temporibus antiquis saepe legit.



et locos antiquos saepe visitat

- sicut Indiana Jones.

quid est, Smol?

"Hope"



folliculus est.





interdum Smol verecundus est.



interdum.



sed non saepe.

Smol parvas caligas gerit

- sicut Caligula.





ecce! **Smol** sub aqua cum piscibus nat.



ecce! volat cum avibus per caelum Smol.

eheu, **Smol!** aliquis ominosus tibi
imminet. scisne quis sit?



noli te vexare, Smol! est Barrius,
tuus amicus benignissimus.



olim **Smol** in fossum cecidit.



dies difficilis erat.



hodie mane
Smol diu lusit.

post meridiem **Smol** in nubibus sedit

- sicut Iuppiter.



nunc tandem Smol fessus est.




dormire cupit.

itaque...



calceis dormitoriis indutis
ad cubiculum lente ambulat.

bene dormias, Smol!





finis